



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Totius Tractatus De S. Matrimonij  
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

**Sánchez, Tomás**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

9. Præceptum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41559**

12 Testes clandestini matrim. omissis solis denuntiationibus non sunt puniendi, quia nec parochi, nec contrahent. est talis pœna posita, *ibid. nu. 8.*

13 Constitutio Synodalis Salmantina, quâ excommunicantur in ipso iure clam contrahentes, caneturq; hos excommunicatos ante denuntiationem vitandos esse, est nulla, & nō seruanda, *ibid. nu. 10.*

14 Pœna, quâ coniuges se obligant ad abstinentiam à secundo coniugio: vel votū pœnale, quod quis emittit, si non impleuerit fidem, valida est, *lib. 7. d. 88. nu. 37.*

15 Pœna à testatore imposita debetur, ac incurritur in conscientia ante iudicis sententiam. Vade coniux cui vsusfructus, vel aliud legatum relictum est, tenetur in conscientia tale restituere hæredibus, si non seruat conditionem, quantumuis occultè non pareat conditioni, *l. 7. d. 91. nu. 2. 3. & 4.*

16 Pœnæ à testatoribus impositæ in suis testamentis, transeuntibus ad secundas nuptias, non sunt iure canonico correctæ, *l. 7. dis. 91. num. 1.*

*Præceptum.*

1 Nullum est præceptum iuris diuini in lege Euangelica, quin sit etiã iuris naturæ, demptis præceptis fidei, & sacramentorum, *lib. 7. dis. 52. nu. 2.*

2 Inferior, quamuis non possit præceptum, ac legē tollere, tamē potest illud adiuuare, imponens

**ponens**

ponens nouas pœnas in illius violatores, *lib. 3. disp. 47. nu. 12.*

*Præsumptio.*

1 Præsumptio triplex est. Quædam hominis, quæ est coniectatio in animo iudicis, vel cuiuscumque hominis ex varijs coniecturis concepta. Alia est iuris, quæ est probabilis coniectura ex certo signo proueniens, iure præscripto, quæ, contrario non probato, pro veritate habetur, ac onus probandi in aduersariũ transfert. Alia iuris, & de iure, quam lex tanquam firmum ius inducit, ita vt aduersus illã nulla probatio admittatur, nisi indirecta. Dicitur talis, quando lex non tantum præsumit, sed etiam statuit, *lib. 7. disp. 37. nu. 7. & 8.* Præsumptione iuris, & de iure potest condemnari denegatã appellatione, *ibid. num. 21.* Datur tamen probatio, & restitutio in integrũ, in iudicio extraordinario, in ordinario verò minimè. *ibid. nu. 22.*

2 Standum est præsumptioni iuris in veroque foro, quando quis dubitat, an contrariam intentionem habuerit, *lib. 7. disputation. 37. num. 12.*

3 Præsumptio iuris, & de iure, nequit exactibus futuris sumi, sed ex solis præteritis, *li. 7. disp. 88. num. 7.*

*Princeps.*

1 Princeps sæcularis, siue fidelis potest suis subditis impedimenta matrimonium dirimẽtia statuere. Potest tamen Ecclesia sibi reser-

uare